

## FELICITATEM!

**Q**uomodo Plinius Secundus ad Nervam  
Trajanum, Principem ex S.P.Q.R. impositione optimum, in publica ipsius prædicatione dixit: *Super omnia est Princeps, quod sub te liberost tollere libeat, & expedit.* Sic non minus Tibi, EBERHARDE, Dux Auguste, & Patriæ Pater Optime, dici potest; Nec enim dissimili in subditos Tuos affectu hactenus fuisti, nec voluntate minus propitia. Testor Civitates Tuas, quæ superiori bello ex populosis ad rarissima redactæ, novis & densissimis incrementis redintegrantur. Scilicet Viri gignendis liberis operam dederunt, ac feminas magna fœcunditatis lubido incessit, quia viderant, cui Principi cives, cuique Domino subditos aut ministros essent, illæ patituræ, isti genituri. Nam Tua Virtute confectum est, quod auream Pacem, ac idonea vitæ tolerandæ subfidiæ, recuperarunt; quod tanquam ex cineribus resurserunt Scholæ, in quibus Juventutem idonea fide & obsequiis in DEUM ac TE, Illius in his terris Vicarium, imbuerent, sique TIBI Imperium, sibi familiam cum certissimo senectutis solatio propagarent. Etiam, ex quo regnas, de subditis ministros, si qui idonei fuerunt, Solio Tuo circumposuisti, indeque publicorum Provinciarum Tuarum munerum, tam civilium, quam sacrorum, Antistites constituisti, ac etiam nunc habes: magno Conjugibus invitamento, ad studium prolis, ac spem posteritatis excitandam. Ut taceam cætera rarae nativi amoris exempla, quæ Rempubl. & Ecclesiam Tuam circumeundi occurrunt plurima, saltem, ut domum meam ornavetis, prædicabo. Tanta TIBI, Princeps Benignissime, integritatis nostræ fiducia fuit, ut Parentem Aulicis sacris & Consistorio, atque etiam Præposituræ Denckendorffensi; ut Patruos Abbatiarum præcipuæ, Consiliis Provincialibus, Regiuninis, & Justitiæ, multisque Ecclesiis, partim præficeret, partim admoveret;

A 3

Cum